Mastr Domenico ha pagato - 17

Haec Sunt Statuta ordinamenta et Consuetudines insignis Collegtae Ecclae S. Julii de Insula ex veteribus statutis, et ordinationibus capitularibus ab anno 1211. In presens emanatis ad tramites bullarum Romanorum Pontificum Sac. Concilii Tridentini et conciliorum provincialium decretis pastoralium visitationum ac sinodorum Novarien. ab immemorabili servatis, et adhuc vigentibus collecta et in unum redacta in executione decreti Sinodalis Excc.mi, Et Rev.mi Domini D. Marci Aurelii Balbis Bertone Episcopi Novariensis, et Principis 3. Jullii 1776 Cap. 3.o Num.o 2.o ——

Canonici alias num.o sexdecim altero ex Canonicatibus suppresso quando vacare contigerit, sint imposterum num.o quatuordecim (a) videlicet in ordine presbyterati num.o   in diaconali num.o   in subdiaconali num.o

Sit autem Exc.mo, Et Rev.mo Dno pro tempore Episcopo Et Principi nro reservata auctoritas et facultas erigendi et nobis acceptandi prebendas Canonicales duas si et prout contigerit per privatas personas loco prebendarum suppressarum sive unitim sive separatim noviter substitui etiamsi earundem Patronatus reservare favore substituentium integram dotem, atque capitalis summae librarum decem et octo mille monetae ad cursum Pedemontis pro singula ex prebendis constituendo et praestando absque tamen prejudicio caeterarum Prebendarum, et redditus Massae Nrae Capitularis. ——

Statuimus, et ordinamus quod noviter provisi de Canonicatu die per capitulum designanda, tradant Bullas Provisionis cum processu super consuetudinibus et litteris Collationis in Curia Epli Novariae expeditis capitulo ad hoc congregato, sive per se ipsos, sive per eorum Procuratores et in termino constituto reservantur ad habendum super inde responsum. (b)

Considerent interim capitulum si quid contra Nra statuta et Consuetudines habeatur opponendum, an a Smo D. N. PP. fuerit provisum de eadem Prebenda vacata cum derogatione statutorum secus si quid contra exceptiones

(a) Ex Decreto autht.o exhibitionis et suppressionis duorum Canonicatuum 15. Apr. 1777 —

(b) exhib. Capitul. 1600 no 1710. Num. 9 6 & Confirmat. ...

Prebendarum vel Domum Canonicalium et in praejudicium consuetudinum contra
gerit fiat compartitio in scriptis cum expressione gravaminis ad effectum illud
amovendi ecc: et terminum petat ad habendum recursum. (b).
Cum mens sit Sanctae Sedis, et pluries decretum in Regulis Cancellariae Aplicae
quod in quibus cumque Gratiis Aplicis de Beneficiis vacantibus, seu certo modo
vacaturis, Beneficiorum quae obtinentur in quibus gratiae sint concessae, seu de
quibus mandatum fuerit providerti veri valores exprimantur. (a). sit valor exce=
pta Prepositurali Prebenda seu Beneficio exprimendus Ducatorum auri de camera
omnibus computatis ad plus sexaginta, in quibus comprehenduntur etiam redditus
Massae residentialis duorum Canonicatuum extinctorum videlicet unius noviter
suppressi et alterius extinvi ubi vacare contingerit.
Renuncientur ad Correctionem litterae in quibus reperiantur sequentia verba
forsan insignis Collegiatae Ecclesiae S. Julij (b)
Item ad Correctionem Litterae in quibus reperiantur omissa verba et voce in ca
pitulo. seu novus Canonicus voce careat. (c)
Transacto termino et nihil opposito juramentum praestet novus Canonicus in
manibus Prefecti Capituli corporaliter tacto hoc libro Statutorum de statutis
ordinibus et laudabilibus consuetudinibus capti servandis. (d). quo praestito in
ducatur in possessionem modis et forma consuetis Instrumento desuper confi
ciendo et insinuando emittat professionem fidei (e) in manibus D. Prepo
siti, et admittatur ad osculum pacis.
— Novus Canonicus antequam ad possessionem admittatur solvat Ecclesiae vel per se
vel per Procuratorem aureos sex seu ₤ 24. ad cursum Pedemontij pro pallio
seu paramento. (a)
— Item antequam in Possessionem immittatur solvat in manibus canonici Mini
stralis seu Capituli ₤ 100 ad cursum Pedemontij, vel fidejussionem praestet de
solutione a Capitulo approbandam et acceptandam pro expensis funeris. (b).
— Possessione capta canonicatus, et Prebendae, Sthalli in Choro et c.a et Domus
Canonicalis, petat se admitti ad septimanam faciendam; petitio fiat vel in vesperis

(a) ex Piaci Sergii Pirri Corradi lib. 3. cap 7. Num. 27 et Decreto capitulari Ann. 1769. 10. Novemb. — (b) Ordinat. Capitular. 1772. 18.
Aug. (c) Ordinat. Capitular. 1770. 18. septemb. (a) Statut. Viceconitis 1451. Statut. Augustioni 1311. (b) Cap. Stat. 1600 et 1770. Capitul. 1600 n. 15
et 1770 num. 36. Ind. Liebone 1778. C. I. N. V.

feria sexta vel mane sabbathi incipiat in vesperis et ejusdem sabbathi et
compleat sequenti sabbato post Nonam. Continuo residendi primus accedat ad
chorum ultimus exeat. (c)
Durantibus hebdomada seu hebdomadis probatorijs non liceat novo Canonico
discedere ab insula, nisi capitulariter, et pro aliqua Capitulari actione vel
facultate eidem tradita. (d)
Canonici in ordine Presbyterali compleant septimanas tres probatorias pri
mam in subdiaconali secundam in Diaconali tertiam in Presbyterali Diaconi
duas unam in subdiaconali alteram in Diaconali Ordinibus. Subdiaconi uni
cam in proprio Ordine. (e) nisi aliter per Canonicos et Capitulum placuerit
si ex causa abbrevientur hebdomadae in singula eorum hebdomada si
laudabiliter se gesserint post nonam sabbathi laudentur per tacita suffra
gia et media ordinatione capitulari, et cancellarius capituli habeat libras
quatuor ad cursum Pedemontij pro qualibet ex dictis ordinationibus capitula
ribus.
— Canonico Novitio Altari inserviente tempore ejus probationis si quae data
pro apparatis vel duplex gestatoria praestari occurrat emolumentum et
una ex gestatorijs cedat Can.co hebdomadario, de cetero canonicus Novitius
quamquam praesens de nullo emolumento data, vel missis celebrandis fiat
particeps (a)
Completis hebdomadis probatorijs fiat experimentum Cantus per Cantorem
Capituli, et alios duos canonicos, cantando Antiphonas duas, et unum re
sponsorium seu versiculum et ipsi deputati referant Capitulo ad hoc con
gregato an sit edoctus in cantu, et per tacita suffragia laudetur. (b).
Invento minus habenti in cantu assignetur terminus competens ad illum
discendum et iterum statuto termino se presentet ad novum experimentum (c)
laudatus admittatur ad residentiam et distributiones percipiendas: Pun
ctator Capituli ipsum novum Canonicum inter residentes habeat et scri
bat et ab illa die in antea ultra Prebendam ubi et quatenus residen
tiam praestet et gaudeat omnibus emolumentis Capitularibus et granis mi
nutis et distributionibus quotidianis ad metam temporis quo deservierit (a)

(a) Statut. Ven. Augustioni 1311. Statut. Ven. Viceconitis 1451.
(b) Ordinat. Capitulat. 1716 18. Aug 1763. 5 Aprilis Decreto Epi roborat.
(c) (d) (e) ex immemorab. consuetud.e et libris Capitulari. 1600 11. 5. 1700 n. 26.
— (a) ex instructor. n Consuetudine etc ut supra.
— (b) ex Cons. Romiti etc Decretis ... Pastoral.
Julij Ann. ... Viceconitis 1451. Ordinat. Capi
tular. n. 18 Martij. Visit. o Emi Card. Borromei
1773 et Decret. ... Cong. Concilij.
(c) ut s.a

Quilibet novus Canonicus statim post laudationem inchoet et compleat primam ejus hebdomadam in ordine. (b)

Primo anno gerat officium Ministralis
Secundo anno Punctatoris Capitularis (c)
Tertio Sacristae
Quarto anno unius ex Sindicis et procuratoribus Capitularibus nisi aliter Capitulum judicaverit (d)

Prepositus sit Laureatus, canonicus Theologus sit in publica et approbata Universitate Licentiatus infra annum aliter non admittatur ad residentiam et habeatur pro non proviso.

Quilibet Prepositus et Canonicus post adeptam possessionem Canonicatus et praebende novum conficiat inventarium prebende, et illud autenticum

Item statuimus et ordinamus quod si Canonicus novus per duos aut tres annos non accedat ad faciendas eptimanas suas ordini ... Ecclesia colligat fructus prebende, nec Ecclesia ipsa teneantur ad onera Canonicalia per alterum ex Canonicis adimplenda. (a)

Quod Canonici Coadiutores non admittantur inter fratres, nec laudentur nisi post mortem Canonici Coadiuti et nullam habeant precedentiam in Processionibus vel alijs actionibus Capitularibus (b) vivente coadiuto capitulis non intersint etiam Can.co absente nec in illos deferant votum nec officium mansionariatus exerceant (c)

Item statuimus et ordinamus, quod singulo anno prima die veneris post Festum Assumptionis Beatae Mariae Virginis non impedita habeatur Generale Capitulum in quo renoventur, eligantur, vel confirmentur infrascripti officiales Capituli (d) juxta novissimam Sinodum (e) videlicet

Capituli Prefectus
Chori Ceremoniarius
Sacristiae Prefectus
Ministralis
Cancellarius Capitularis

(a)(b)(c)(d) ex instituto confirmatione et lib. Capitulari 1600, et 1770
(e) cap. IV. de Bonis Ecclesiasticis num. IV. et V.
et 1770 num. 36. ... 1. II. 12.

Fabricerius Ecclesiae, nec Thesaurarius
Thesaurarius Illuminariae
Thesaurarius Societatis Mortuorum
Thesaurarius Societatis Rosarij
Thesaurarius SS.mi Corporis Christi
Thesaurarius Capelle SS.mi Crucifixi
Thesaurarius Confessionis S.ti P. N.ri Julij
Economus Bonorum extra Ripariam
Ceremoniarij duo Capitulares
Sindici seu rerum gestores sex vel octo cum procura Generali, sive unitim sive separatim exercenda.
Computatores duo et
Archivistae duo
Chori aute Prefectus arbitrio Episcopi eligitur nec non Punctator Sinodalis.

Ad Ministralis, Punctatoris et Sacristiae Prefecti officium si Canonici novi eligendi, non habeantur Canonici Antiquiores eligantur et reputentur ita etiam Prepositus tamquam Canonicus secundum tempus eorum receptionis in Canonicos.

Nemo recuset officium suum Capitulariter electus (a) nec ex Subitario animi motu dimittat anno nondum completo sub pena ab sententia ab eodem Capitulo statuenda

Ministralis, Fabricerius Ecclesiae Thesaurarij et oeconomus Bonorum extra Ripariam.

A completo termino eorundem administrationis et novis electis ratione reddant de dato et accepto duobus ex Can.cis ad id deputatis, qui perpendant libros et parcellas exceptionis ac expensarum se subscribant, et finem faciant. Quod si remanserint debitores ubi pecuniam non erogent statim, habeant terminum unius mensis, vel plus prout

(a) ex instituto confirmationis Capitul. 1659 1659 ... decrets et Confirmatio (c) dei Concilii in ... nec non ... non enim ... Canonicis ... Coadiutores fictis Canonicis et Beneficiatis.
(b) ex Sinod. Prov. ... ex Instituto (c) de Canonicis Capitulis cap. III. num. 8 et ex Decreto Rotorum Visitationis
(d) Rapta Viscontis 1698.
(a) ex Sinod. Pav. 3. Decret. ... Visito ... Capitulo Visconti 1698 ... [illegible]

etc: quo termino elapso, et solutione non secuta a Capto habeantur pro absentibus, donec integraliter satisfecerint, vel cautiones dederint.

- Libri omnes et pecuniae tradantur statim Thesaurario successori altero exeunte.

Nemo ex Canonicis exigat nec recipiat a debitorib. Mensae Capitularis vel Ecclesiae pecunias, canones, fructus, vel ficta etc: quae exigi consueverunt a ministrali, vel fabricerio Ecclesiae vel ex aliis Thesaurariis nisi de mandato sub poenis absentiae. (a)

Bona aditus nulli locentur et ubi locanda sunt cedulae exponantur et locentur plus offerenti ad triennium (b)

- Summas libraruum [illegible] imp.les erogare possint propria authoritate et non ultra nisi facto verbo in capitulo exceptis tamen expensis ordinariis quae annuatim fieri soleant et sint de stylo, et consuetudine tantum (c)

- Singuli officiales propriis fungantur muneribus juxta ordinamenta et consuetudines ad haec statuta per Capitulum et Can.ᶜᵒˢ approbata de Currenti anno, et prout in Archivo.

O. Quod Canonicus Ministralis exigat redditus omnes Mensae Capitularis in Riparia seu ad Canonicos spectantes incipiendo a die 1. Mart.ⁱⁱ 11. Novemb. in antea, et ubi non exigat cum parcellae omnes debitorum eidem tradantur pro exigibilibus solvat de proprio, et repetat a debitoribus mercedis expensis Capituli

O. Electus novus librum conficiat ex communi papyro fol. 16. sive pag. 32. redditum mensae Capitularis ut supra et describat a libro antecessoris Ministralis omnes debitores, a quo libro, prima feria sexta post festum S. Martini supras.ᵇⁱ legat in aula Capitulari omnes partitas in eodem descriptas, cum libro exactionis Ministralis conferat, corrigat, et addat id quod corrigendum aut addendum sit ex noviter emergentibus in locationibus, censuum acquisitionibus, extinctionibus, diminutionibus, augumentis vel decremento Canonum etc: singulis partitis apponendo libri diurnalis folia, ordet come in Giornale a fol....

(a) Ordinat Capitulat 1458. 16. Augusti et prout

(b) ex Decr° Visit. Em.ⁱ Card. Archint. 1578

(c) ex antiqua consuet.ᵉ pro libris vero et ex Capitulari Consulta 1780 pro ista summa £ 12.

C. Canonicus Ministralis alteri ex canonicis substituendo officium suum de mandaturus ex aliqua rationabili Causa facultatem, et expensas petat a Capitulo et Canonicis (a)

C. Ecco dicto novo libro ministralis subhastentur per Canonicos bladus Novariae quattuor modia milii, et Amen: dicta decima Bessiolorum et siquid aliud subhastiandum, quod massae Capitulari pertineat. (b)

Ministralis debitores solvere renuentes, vel litigiosos Capitulo deferat, ut ad solutionem compellantur (c)

- Capituli legata debito tempore, et adamussim impleri studeat.

C. In primo semestri anni Capitularis rationem reddat ut supra de dato et recepto Can.ᶜⁱˢ computatoribus, et post supputationes factas Ministralis integre solvat super tota massa Capitulari cuilibet Can.ᶜᵒ ad ratam quidquid acquisivit de residentia, deductis Capitularibus expensis tam ordinariis quam extraordinariis et aliis prout de consuetudine.

C. Oeconomus vero bonorum extra ripariam idest praeter redditibus ex agris, et pecuniis ad se tractis ex venditione granorum et vini, vel etc. et habeat pro ejus honorario appendicia a colonis, libras duas impter consuetas pro calculis ac expensas itineris et victus ex Massa Capitulari ut supra.

C. Completo anno suae exactionis Can.ᶜᵘˢ Ministralis tradat Archivi istis librum exactionis in Archivo una cum aliis libris servandum, et idem fiat per Canonicum Oeconomum bonorum extra Ripanas explicitis libris.

C. Ministralis habeat pro ejus honorario scuta duo £. 6. imp. pro toto anno ex eadem Massa Capitulari et libras duas imp. pro calculis

C. Praefectus Capituli Conventus Capitulares congreget, quid in iisdem tractandum sit, exponat et completo Capitulo Canonicos dimittat.

C. De Edictis et Litteris Curiae Episcopalis Capitulo Nro, et Canonicis man

(a) (b) (c) et Capitulat.ᵉ et prout et ordinam.ᵗᵒ

-sionem externam non habentibus, et in quibus campanarum sonitus de consuetudine habetur, curret aliunde edoceri antequam per vicarium Foraneum Capitulum et Canonici impertinenter reddantur conscij, et executioni demandari jubeat citius quam fieri possit, et priusquam Campanae in alijs Ecclesijs pulsentur.

Omnia ex Consuetud.e et ordinamentis

Visitationum Pastoralium Decreta non acceptentur nisi mansionem externam ut supra habeant videlicet pro Preposito Canonicis et Capitulo &c.

o. → p. m. di chori fino habeat — poi officium Cantoris fino mortuo

O.C. Chori Ceremoniarius, seu Magister sit, quoad fieri poterit ex addictioribus in Rubricis, non tantum quoad ea, quae pertinent ad directionem Chori, et Officij sed etiam quoad Rubricas Missalis et Romani Pontificalis instruat Canonicos novitios ad servandas ceremonias sacras ubi opus sit, et in rebus dubijs tutiorem teneat sententiam.

O.C. Denuncient officia celebranda et transferenda in concurrentijs vel occurrentijs officiorum, quae per annum fiunt ab immemorabili de dicatione ideoque adnotet in Calendario, quae transferenda et translata erunt, ut suo tempore et ordine suscipiantur videlicet.

17. Januarij — Vartiaglu. S. Antonij Abb. &c.

O.C Si chori Prefectus electus ab Episcopo, Canonicum mulctare, vel pro absentem haberi judicaverit ex justa causa, et ad tramites conciliorum Provintium, et Dioecesanarum Sinodorum, rem conferat cum Prefecto Capituli, et ab eodem sententiam habeat.

Officium cantoris sit optabile, optetur tamen a Can.cis in receptione senioribus expertis in cantu Gregoriano, aptae vocis, et in Ecclicis functionibus magis peritis, cum facultatem substituendi alterum ex Can.cis idoneum.

O.C Cantor habeat in medio chori infra sthallos sedile cum genuflexorio panno viridi stratum de more strata item viridia apponi jubeat in solemnioribus supra legilia canonicalium sedium in choro.

O.C Occasione Pontificalium preintonet Episcopo Gloria, credo, et Antiphonas, in solemnibus vero per annum festis, preintonet Can.cis apparatis, et canonicis senioribus gradatim.

O.C Pluviale juxta rubricas induat, et virgam seu baculum argenteum deferat cum pomo pariter argenteo desuper appensis chirothecis, ut consuetum fuit.

O.C Pro ejus honorario, habeat cantor piscationem fluminis aquae albae dicti, in Territorio Ojre Mensae Nostrae capitulari spectantem.

O.C Item duplicem gestatoriam, et eamdem elemosinam, quae apparatis traditur in Funeribus Capitularibus explendis, et Officiis Gentilibus Mortuorum.

In pontificalibus assistant in Nra Ecclesia Canonici Nostri, si vero Pontificalia habenda sint in altera qualibet Ecclesia Riparie superioris Canonici pariter Nri assistant sive omnes sive in parte nisi intersint Canonici Cathedralis Ecclesiae non admissis tamen Canonicis alterius Colleg.tae

O.C. Quod in adventu novi Episcopi et in Pontificalibus alijsq. functionibus ab Episcopo habendis in Nra Ecclesia, Prepositus assistat eo modo, quo Archidiaconus in Cathedrali.

C. Sacras Ceremonias tam in Presbyterio quam in choro accurate servari studeat. Habet Prepositus primam aspersionem, primam thurificationem et primum osculum pacis post apparatos.

C. Item in Missis solemnioribus curet per thuriferarium thurificari Populum duplici ductu, et Egr.m Castellanum Mantel in proprio sedili ligneo ante Altare B. V. Mariae de Rosario, unico ductu.

C. Antiphonas suscipi, et cantari curet in choro gradatim et alternative, primum a Canonicis junioribus deinde senioribus comprehenso Preposito. In suffragijs sanctorum quando occurrunt.

C. Accedentibus processionaliter et in forma Capitulari Canonicis alterius Collegiatae ad Nram Eccliam Can.ci Nostri eosdem excipiant et obvient in forma Capitulari in Ecclesiam socient, et deducant assumptis ad dexteram adventantibus, et si Missa Canenda sit, paramenta solemniora subministrentur, idem in choro recipiant, et Can.ci Nri in Presbyterio assistant.

Exteros sacerdotes seculares et Regulares gyrovagos et ignotos ad faciendum sacrum non admittat in Nra Ecclesia nisi litteras comendatitias proferant, eosque ab omni suspicioni alienos cognoscat etc. ~~et debeat~~

Sine conspicua Clericali tonsura aut habitu parum decoro indutos, item si qui venerint sacrosanctum Missae sacrificium Celebraturi sacerdotes capillis prolixioribus vel cyprio pulvere praeter modum conspersis aut Calamistro rotatis ad usum sacrarum vestium prohibeant. (B)

O. Phtysicis aut psora laborantibus paramenta et linteamina at aliis separata &c.

Punctator quotannis eligatur, et officium suum exercere incipiat die ~~sexta~~ &c. electus juramentum praestet coram Capitulo et Cancello tactis sacros. Evangeliis de recte et fideliter gerendo.

Librum puncturarum diligenter custodiat nec dimittat, sub quocumque praetextu eundem sub clavi servet ne mala suspicio oriatur abradi, vel vitiari, nemini quantumvis Cano tradat, sed tantum eundem legere, et videre volentibus ostendat, requisitus punctator ob residentia per nonnullos dies abfuturos in aula Capituli Canonicos reddat conscios de ejus absentia, et a Praefecto Capituli altero Canonico substituatur qui vices etc.

Canonicos praesentes dabit cum numero Romano I. et vero Praesentibus distione juxta ventos littera J. absentes littera O. et seipsum recta conscientia.

Punctator synodalis Collibet mensa concordet proprium librum Punctaturae cum punctatore Capitulari

In bonis Capitularibus Visitandis, seu ad lites impediti pro praesentibus in ra...dent

O.C Ceremoniariis Capitulares in quolibet adventu ad Insulam, et recessu Exc.mi et Rev.mi Domini Episcopi Nri et Principis nomine Capituli Nri et Canonicorum eundem adeant officiose, ac consueta homagii obsequii et urbanitatis Nra testimonia praestent.

O.C. Eundem comitatem ser.s servandis adhibeant in adventu Magnatum toties quoties nec non paria praestent officia R. R.is concionatoribus quadragesimali et sacerdotib. ad orationes Panegyricas habendas vocatis.

O.C. Superioribus item Regularium vel eorum nuntiis urbanitatis causa ad aulam Nram Capitularem accedentibus ac dies sacros Nativitatis Dni novique anni redeuntis, vel Paschatis Resurrectionibus Dni Nri Jesu Christi celestib. donis repletos, felices fortunatosque Nobis precantibus, aliisque comparentibus in forma in aula Cap.ri ut super eadem officia personaliter compleant et restituant et haec omnia explant ~~...~~ debito urbanitatis quem etiam eo stylo et more antiquor nostrorum Ceremoniariis item Canonicos gyrovantes visitent.

Item statuimus et ordinamus, quod Matutinum cum laudibus et prima completa, constituat unum punctum.

Hora tertia unum punctum.

Missa Conventualis cantata cum choris, sexta et nona alterum punctum.

Vesperae cum Completorio et salutatione Angelica alterum punctum et componant in quolibet die puncta quatuor et non ultra.

Qui non interfuerit choro in Matutinis a primo Gloria Patri Invitatorii usque ad primam completam.

In Tertiis a primo Gloria Patri primi Psalmi usque ad finem ejusdem horae

In Missa Cantata a Gloria in Excelsis Deo usque ad nonam completam

— ~~In Tertiis a primo Gloria Patri primi Psalmi usque ad finem ejusdem horae~~

In Vesperis a Gloria Patri primi psalmi usque ad totum Completorium cum salutatione Angelica pro absente habeatur in illa hora (a) et punctetur littera O.

O.C. Si occurrat plures missas eadem die Cantari juxta praescriptum in Calendario punctu

unum constituat cum Matutino et Missa ex Missis

O. C. In quadragesima Missa Conventualis una cum vesperis post Nonam canendis constituat tertium punctum et Completorium hora consueta canendum cum psalmis Gradualibus et penitentialibus recitandis, vel non, quartum punctum

O. C. Nona in Octava SS. Corporis Christi post Meridiem canenda punctaturæ non subjacent.

O. C. In die vero commem. omnium defunctor. Matutinum cum laudibus et Prima Domini et officium cum Missa Mortuorum constituant primum punctum. Tertia secundum Missa Conventualis cum sexta et Nona, tertium

O. C. In solemnijs Nativitatis Dni Matutinum cum Laudibus, et Missa prima solemnis in Nocte ultra datam peculiarem (a) Canci constituat unum punctum Prima cum secunda missa canenda in aurora, secundum tertia cum Missa tertia solemni sexta ac nona constituat tertium punctum.

O. C. Canonici omnes intersint Concionib. quadragesimalib. quamquam nulli subjaceant puncturæ et fructum afferant in patientia

O. C. Diebus ferialibus in Quadragesima absoluta Missa conventuali et Vesperis et in alijs ferijs per annum cum jejunio descedant Can.ci a choro in Presbyterium ibiq. hebdomadarius inchoet psalmum de Profundis, ceteris sub missa voce respondentibus et in sacristiam recedant per januam majorem, idem servetur in supradictis diebus post Completorium.

Omnes in choro ad psallendum instituto hymnis, et Canticis Dei nomen reverenter, distincte, et devote laudent (b) non enim muneri suo satisfactum per simplicem in choro assistentiam absq. divinæ psalmodiæ cantu et jure ac merito verendum ne isti dum secus egerant Prebendarum, ac Distributionum fructus minime suos faciant, et consequenter ne ad eorum restitutionem teneantur (c)

Nulli liceat ingredi Ecclesiam sine veste talari ad divina officia, nec portare in Ecclesia vestem quam zamaram vocant (d) nec loco Calceorum ocreas

(a) ex legato n. 9. m. Can. ci Julii Caroli Canotti.
(b) Concil. Trident. sess. 17. c. 14.
(c) ex Bassilica Benedicti XIV. 19. aug. 1744. cum semper observ.
(d) Statut. Vicecomit. 1451. Decret. A. 15. P. B. Vicecomitis 1498

vel Calceos domesticos omnes vero decenter conveniant cum superpelliceo, birreto, et armutia secus pro absentibus habeantur in illa hora (a) ipsum superpelliceum non sit Camisia superanea sed ut vulgo dicitur cotta arricciata more Ambrosiano, nec consuta more Napolitano.

Canci superpelliceum induant in sacristia, et non in choro sub pena absentiæ. (b)

Choro intersint quotidie non alias habeant in quolibet mense quatuor dies quatuor indulgentiæ, seu puncta sexdecim et per annum dies alios duodecim puncta videlicet quadraginta octo sive unitim in fine anni, sive separatim per annum sumenda: Quatuor tamen indulgentiæ mensualis dies non coalescant nisi exeunte et intrante altero mense in punctis triginta duobus, secus habeantur, ut privilegia de quibus nemo uti tenetur et pro datis et non concessis.

Quod qui in mense fecerit de residentia aliquot dies ad minus quatuor, gaudeat de dictis quatuor consuetis indulgentiæ diebus in eodem mense, secus non gaudeat. (c)

Ne quis in choro sicut etiam in Processionib. cum indutus est superpelliceo aut alio sacro indumento Chyrotecis manus induat.

Canonici omnes sedeant, stent, genuflectant, caput aperiant et inclinent pro temporis et officij ratione, non autem ad arbitrium et genuflectant in gradu et non in sede. Ne vagentur in choro vel sacristia vel Ecclesia (a), nec mutent locum suum, et stallum

— Ne in choro ubi comuni officio opera datur privatim officium recitent, minus in sacristiam recedant ad idem recitandum sub pena absentiæ in illa hora.

— Ne exeant nisi divino officio completo nisi necessitas coegerit et qui in his comissi sine monitis a choro Prefecto non resipuerint, hora illius distributione careant vel alias penas incurrant Prefecti arbitratu.

— Canci celebrantes tempore divinorum officiorum pro absentibus habeantur exceptis duobus Cancis Presbyteris pro quindecim diebus, uno diacono et subdiacono sub hebdomadarijs pro octiduo, qui possint non celebrantes vel dicto Privilegio uti nolentes dicto tempore alterum ex Canonicis subdelegare quatenus mane ajus libet diei subdelegationis predictus intersint divinis officijs si vero absentes

(a) Statut Augustinus 1311. Vicecomitis 1449 decret. Visitationis Spaciane isp.
(b) Concilij Capitular ad propositum de anno 1767. 15. Janij

(a) Ad normam Decret. ex visit.ne D. Vicecomitis 1598. Emi Card. Borromei 1725. Epistola F. Bernardini Ignatii Rosarii 1742.

fuerint, cedat privilegium subhebdomadariis retrogradis intersint tamen choro celebrantes, et supra initio vel fini officiorum secus habeantur pro absentibus

(a) Gaudentes tamen dicto Privilegio caveant ne diebus quibus opus fuerit absint in choro. (b)

Quod si ex multiplicibus functionibus et Missis cantandis Canci ultimo genere coacti sint, et ante meridiem celebrare non possint ex angustia temporis, liceat singulis sacrum facere durante dicto tempore dummodo chorus non evacuetur nec tunc habeantur pro absentibus, nisi fiat Anniversarium vel cantetur Missa oblata tunc enim celebrantes ut supra caveant adventitiis

Processio cum secta secunda — Missa rogationum cum nona, et Bened.ne frugum, nec non regressu processionaliter ad Stam Ecclesiam.

Item quod Canci a Capitulo delegati ad negotia Capituli vel Eccleae peragenda pro presentibus habeantur monito prius punctatore Canci in reliquis si abfuerint pro absentibus habeantur remoto quocumque Privilegio et Causa, nisi per Capitulum approbato et Causa cognita quamvis justa et legit.

Item Canci ad sacras exercitationes peragendas divertentes, et proficiscentes si in diocesi habeantur inter presentes per decem dies si extra diocesim per dies duodecim Canonici vero earumdem moderatores pro absentibus habeantur.

Canci Sacramentales Confessiones audientes tradecta habeantur pro presentibus, exceptis datis particularibus..

Residentes Canci pocumati, vel sanguine minuti per tres dies habeantur presentibus, infirmi vero qui de infirmitate vel debilitate manifesta laboraverint tam in Insula, quam extra Insulam pro absentibus minime reputentur durante infirmitate debilitate et convalescientia facta tamen verbum cum Capitulo

Fiat item verbum cum Capitulo a Canonicis si ad curandos morbos vel fugiendum solum in quo egrotaverunt alibi sive in vel extra Riparium ex ipsis conferre velint ex consilio Medicorum quod referant in Capitulo pro approbatione, et assensu, secus habeantur pro absentibus.

Languore item et debilitate laborantes primis convalescientie diebus, licet missam mane celebraverint choro tamen non interfuerint habeantur pro presentibus et per Punctatorem ipsis credatur.

— Canonici item ponderosi aut cauteriati ulcera plorantia vel excedentia habentes si aliquando Matutinis non interfuerint pro presentibus habeantur et per Punctatorem ipsis credatur.

— Canci item quibus aliquis ex genitoribus, vel consanguineis vel affinibus sub eodem tecto commorantibus a vivis decesserit habeantur inter presentes tribus diebus ...

Item statuimus et ordinamus, quod in sexta feria non impedita aliqua ex causa vel festo die habeantur post completorium juxta consuetudinem comitia seu conventus Capitulares: Campanula ipsius Capituli pulsetur ad hoc quando incipit completorium et Canci omnes nisi infirmi vel legitime sint impediti conveniant nec discedant nisi absoluto conventu vel a Prefecto Capituli habita discedendi venia. ( ) Eosdem inchoet Prepositus cum invocatione S.ti Spiritus et orationibus tam in principio quam in fine et eodem absente Prefectus Capituli.

— Orationibus absolutis, chori Prefectus aliquid exponat disserendum quod ad Ecclesiam disciplinam tuendam, et divinum cultum augendum pertineat, ac idem fidem proponat aliqua magis obvia et utilia de Ritibus et ceremoniis in divinis officiis peragendis et de Rubricis Missalibus et breviarii. Etcc.

— Potissimum vero per Cancum pertempora Theologum exponatur quidquam de sacra scriptura brevi explicatione per unius hore quadrantem cum dimidio

— Hisce absolutis, et discussis, proponantur a Sindicis, et Procuratoribus Capituli quae proponenda erunt circa jura res, actiones et bona Eccleae et Capituli quilibet, si velit, sensum suum aperiat et si res levis sit, momenti, statim decidetur juxta comunium Canicorum votum, et ipsis Sindicis injungatur quid agendum

—

— Si vero de Rebus majoris momenti, et judicio Praefecti Capituli gravioribus agendum sit, earum rerum deliberatio tum suffragijs occultis permittatur, bal[illegible] illae res, quae maturius Consultentur in uno Capitulo proponantur, in alio deliberentur. Si vero res hujusmodi sit, quae differri non patiatur, triduo saltem ante Capitulum indicetur, singulisque Canonicis res, et causa significetur de qua in eo Capitulo Consultatio ac deliberatio futura est, nisi fortasse celeritas expediri r[illegible] debeat, quo in casu singulis admonitis breviori temporis spatio capitulum integrum convocetur.

— Absentes absque legitima causa a Conventibus Capitularibus et pluries contumaces non Convenendo ut supra, si moniti a Praefecto Capituli ~~etenti ex~~ interesse abnuerant, mulctentur arbitrio Capituli: Absentia vero ex multis quibuscumque reparari nequeat supradictis indulgentiis.

— Quod in rebus quae ex varijs Canonicorum sententijs indecisae vel pendentes manere videbantur, tanta vis ferantur suffragia et juxta eorum pluralitatem deliberetur, in quibus Praepositus unica tantum gaudeat voce, ut Canonici licet prima.

— Altercationes, jurgia, aut Contumeliae, si quae inter Canonicos oriantur, Capituli Praefectus adhibitis si opus fuerit alijs duobus, vel tribus de Capitulo statim conciliare studeat.

— Item quod occasione Conventuum Capitularium, si quid deliberandum vel tractandum fores pro vel contra Consanguineos vel Affines in primo vel secundo gradu alicujus Canonici, vel contra aliquem ex Canonicis, Canonicus exeat, et pro tunc non habeat locum in Capitulo.

— Nemo revelet, nec revelare alteri audeat, quam Dno Episcopo, si requirat, ea quae in conventu Capitulari acta vel ordinata fuerint, nec quidquam injunctis per Capitulum teneri secreta; qui vero revelaverit et de hoc constiterit per confessionem vel juramentum unius Canonici fide digni, habeatur pro Absente per menses.

— Tabella de Disciplina chori bis in anno, die, per Praefectum Capituli indicenda producatur, et in conventu Capitulari legatur, ac in sacristia appensa remaneat una cum Tabella Praefecti Capituli.

— Acta singulorum Capitulorum, et Capitulares Ordinationes et actiones in libro per cancellarium Capitularem registrentur, qui liber in Archivio Capitulari servetur.

Item statuimus, et ordinamus, quod Canonicis gravi morbo laborantibus extrema inter vivos dies minitante quarto saltem die vel prius juxta infirmitatis crisim almum Eucharistiae Sacramentum deferatur et ministretur interveniente toto Capitulo et Canonicis si fieri possit.

Si Canonicus a vivis decesserit, signum detur ejus obitus a custodibus cum campana tertia secunda dicta quae item pulsetur in funere una cum tertia et quarto in singula hora diei.

Cadaver defuncti paramentis vestiatur ad hoc servandis juxta ejus ordinem, manus albis chirothecis induantur, armutia ad pedes apposita. Alba ana detur ab Ecclesia pro qua solvant heredes Thesaurario Fabricae libras sex monetae currentis ut num.°

Defunctus exponatur in feretro in sala majori, vel portico domus Canonicalis vel alterius, in qua habitabat, lichnis vel candelis accensis, habeatque ejusdem custodia ne a muribus corrodatur.

Hora apta ad ejus domum accedant processionaliter Canonici cum Clericis et Alumnis Seminarii, inibi circumstent, et sedeant, antyphonas et psalmos de more cantent, inchoato funere tollatur a domo vel &cc. per Canonicos juniores ejusdem ordinis vel alterius in defectum et deferatur per Vespillones &cc. Absolutionem peragant circa cadaver cantando post libera me domine versiculos Plangent se super se &cc. et quid ego miserimus etc. et nunc Christe etc. ut in manuali nostro pergameno pag. 67. 88.

sua
re
ris
erit
non
no=
lan=
norg
ne=
l=
a
ad
re
ent.
ivi
de=
ros
a.

sua
ne
is
d eni
non
no=
lan=
mon
cae=
is
ul=
na
ad
pre
bant
civi
de=
nos
thei
nient